DISSERTATIO IURIDICA DE DAMNO FATALI IN CAUPONA CONTINGENTE OCCASIONE...

Abraham Kästner, Johann Albrecht Seyffarth

ILLVSTRI

ATQVE

EXCELLENTISSIMO

DOMINO

AVGVSTO IVST

SERENISSIMO DVCI SAXO-WEISSEN-

FELSENSI ET QVERFVRTENSI A CON-

SILIIS INTIMIS

NEC NON

RERVM, QVAS VOCANT CAMERALIVM,

DIRECTORI.

VIR ILLVSTRIS,

EXCELLENTISSIME,

MAECENAS SVMMA ANIMI

PIETATE SVSPICIENDE!

Q*Vum ad viros, qui Principum clementiae et amori ciuium grauissimis et concatenatis quasi laboribus respondere nituntur, rarus plerumque aditus, gratae tamen pietati nonnunquam pa-*

teat, quum insuper natura, quid in coniungenda animi lenitate et aequitate possit efficere, in TE, VIR ILLVSTRIS, *feliciter videatur experta: facere non potui, quin officii erga* TE *mei religionem, publico declararem testimonio. Nam quae Imperatoribus olim solennis erat formula,* quisquis es noster eris, *eandem Tuae in clientes benignitati propriam esse, omnes fatentur, et ipse profiteor. Tot enim, et tam egregia, extant Tua in me beneficia, vt si eorum multitudinem, non dicam, comta oratione celebrare, sed tantum verbis enumerare vellem, eorum splendori multum derogasse viderer. Quaecunque parentibus orbus amisi, ea profecto, in* TE, *tanto musa-*

rum

rum ſtatore, reſtituta veneror. TIBI *itaque,* MAECENAS *Optime, nominique Tuo ſplendidiſſimo, exiguas has ſtudiorum primitias ſacras et dicatas eſſe volui, non quidem, ac ſi hoc genus ſcripturae leue, grauiſſima Tua perſona dignum cenſerem, ſed vt, ad eandem,* *quam* TV, VIR EXCELLENTISSIME, *benignitate et ſummo in clientes fauore iam nactus es, ad eandem, inquam, magnitudinem me gratiſſima mentis pietate et obſeruantia ad cineres vsque adſpirare pius demonſtrem, et vt ea, quae alta ſemper mente concipio vota, applaudente nunc etiam publica ciuium Tuorum voce, poſſim efferre, vt Deus Optimus Maximus ad inconcuſſam Tuam ſemper aduigilet*

inco-

incolumitatem, amplissima Tua Consilia secundet atque perficiat, et TE *ad Nestorios vsque annos in salutem Reipublicae et gaudium splendididissimae Tuae gentis sartum conseruet atque incolumem, vt,* TE *florente, Tuum etiam diu diuque sibi gratulari possit fauorem*

VIR ILLVSTRIS

ATQVE

EXCELLENTISSIME

MAGNI NOMINIS TVI

Lipsiae, Mense Augusti
CIƆ IƆCC XLIII.

cliens et admirator perpetuus
IOANNES ALBERTVS SEYFFARTHVS
Leucopetrensis.

DISSERTATIO IVRIDICA

DE DAMNO FATALI

IN CAVPONA CONTINGENTE

occas. L 3. §. 1. ff. Nautae, caupones, stabularii.

---

§. I.

CVM thema dissertationis desumtum sit ex titulo Pandectarum: *Nautae, caupones stabularii, vt recepta restituant*, praemisisse inutile non erit, edicti circa caupones etc. *duo fuisse capita*, quorum ex vtroque diuersas separatim actiones Praetor olim pollicebatur. [a] *Primum* refert VLPIANVS [b] his verbis: *Nautae, caupones, stabularii, quod cuiusque saluum fore receperint, nisi restituant, in eos iudicium dabo.* Quod vero *secundum* attinet, in *Pandectis* non reperitur. Hoc autem, monente WESENBE-

Ingressus recenset: edicti circa caupones duo capita fuisse.

Primum refert Vlpianus.

Secundum. Quod Baro restituit.

A CIO,

a) Consentiunt interpretes communiter. v. HVBER, in praelect. *ad cit. tit. §. 2.* ECKHOLT *c. l. §. 3.* STRVV. *Exerc. VIII. §. 108. et tit.* WESENBEC. *ad c. t. n 3. 8.*

b) In l. 1. *cit. tit.*

cio,[c] sic restituit *Baro*: *Si furtum factum, damnumue iniuria datum, ab iis quorum opera et ministerio nautae, caupones et stabularii, in naui, caupona et stabulo vtuntur, esse dicetur: in factum in exercitores, caupones et stabularios, in duplum, iudicium dabo.* Adparet ex hac secunda edicti parte, ex *quasi delicto* aduersus exercitores *in duplum dari actionem*,[d] si aliquis eorum, quibus in exercendo vtitur, furtum fecerit, aut damnum dederit ei, qui res suas credidit. Licet enim ab ipso exercitore delictum commissum non sit, tamen quodammodo *culpae reus est, dum malorum hominum opera vtitur,* in quorum conditionem diligentius inquirere debuisset.[e]

§. II.

Vnica saltim quaestio intuitu cap. II. proponitur.
An duplum in hac actione sit mere poenale? Quod adfirmatur.
Respondetur ad legem obstantem.

De hac vero secunda edicti parte fusius tractare animus non est. Vnicam saltim quæstionem huc pertinentem adducam: Quaeritur *scil.* an *duplum*, quod hic petitur, sit *mixtum*, an *poenale* tantum? Et verior videtur nobis opinio, *duplum* in hac actione esse mere pœnale, quia imitatur actionem furti,[f] quae meram pœnam persequitur.[g] Accedit et hoc, dici hanc actionem simpliciter sine vlla restrictione *in duplum.*[h] Ad legem 3. §. *vlt. nautae, caupones etc.* quam vt obstantem adlegant, (*vi cuius non licet simul experiri hac actione, et actione de recepto*) respondet SVENDENDOERFFER:[i] hanc non esse accipiendam de actione *poenali*, quae oritur ex quasi delicto, quaeque datur contra *exercitorem*, sed de actione *furti*, *quae datur contra ipsum furem.* Sin ergo contra eum instituta sit actio *furti*, non potest contra *exercitorem* institui actio *de recepto;* Et vice versa,

c) c. l. *n. 8.*
d) *v. l. 7. §. 1. d. tit.*
e) *v. l. 7. §. 4. c. l. conf.* STRVV. *Exerc.*VIII. *th. 113. i. §. vlt. I. de obl. quae quasi ex del.*
f) *v. l. vn. pr. furti aduersus nautas etc.*
g) *§. 14. 16. I. de actionib.*
h) *v. c. l. vn. §. 2. l. 7. §. 1. Nautae, caupones etc.*
i) *ad* ECKHOLT. c. l. §. 6. verb. *in duplum dari actionem.*

versa, si contra *exercitorem* agatur actione *de recepto,* cessat actio *furti* contra furem. [k] *Conf.* de BERGER [l] et LYNCKER. [m]

§. III.

Agitur in nostra differt. praeprimis de Cap. I. tantum.

Plura de hac actione poenali adducere non lubet, id quod instituti ratio nec patitur, nec postulat; Cum enim *Dammum fatale, in caupona datum,* paulo accuratius considerandum mihi proposuerim, hoc vero *ex prima edicti parte,* quod (§. I.) adductum est, sit deriuandum, ordo exigit, vt quaedam de [illegible]tura *membri primi* praemittantur, priusquam ad *damnum fatale* perueniamus.

§. IV.

Actio de receptis describitur.

Qui dicantur Naut. Caup. et Stabul.

Quid exercere?

Nauta.

Caupo.

Stabularius.

Quid Vinnio stabulum?

Quid aliis?

Oritur itaque ex prima edicti parte, *actio* in factum de receptis, quae *est Praetoria,* [n] *rei persecutoria, perpetua, et datur vectoribus et viatoribus, contra nautas, caupones, et stabularios, ad repetendas res inuectas vel illatas.* Dicuntur autem *nautae, caupones et stabularii,* qui *nauim, cauponam* vel *stabulum* exercent, [o] *i. e.* ad quos quaestus et reditus praecipui exinde perueniunt; [p] Exercere enim est, quaestum ex rei alicuius exercitio facere. [q] *Nauta* itaque traiicit vectores cum mercibus; *Caupo* viatores manere in caupona patitur; *Stabularius* permittit iumenta apud se stabulari [qq] VINNIVS [r] stabulum pro diuersorio *seu* Caupona, aut πανδοχεῖῳ saepe accipi, ex Lexico CALVINI [s] asserit. Et THEOPHILVS [t] stabulum quoque πανδοχεῖον vertit. Statuunt interim haud pauci, stabularios praeter iumenta homines non recepisse, nisi forte agaso-

k) *v. l. 6. §. 4. c. l. vn. §. 3. 4. furti aduers. naut.*

l) *De vsu action. poenal. §. 37. n. 4 p. m. 104.*

m) *Anal. ad* STRVV *Exerc. 48. th. 34.*

n) *v l. 3. § 1 nautae, caupones etc.*

o) *v. l 1. §. 2 seqq cit tit.*

p) *l. 1 §. 5. de exerc. act.*

q) *tot. tit. de exerc. act.*

qq) *v. l 5. pr naut. caup.* seu, vti LAVTERBACH. h. l. dicit: *Stabularii* vocantur, *qui quotidiani lucri causa stabulum exercent, eo iumenta, vt ibi stabulentur, recipiendo:* Quo cum TABOR *in Racematione* VI. *Crim. ad tit. π. furti aduers. naut caup. et stabul. in princ.* §. IX. consentit.

r) *In comment.* PECKII *ad l. 1. §. caupones, lit. b. naut caup. stabul.*

s) Voce: *Stabulum*

t) In §. pen. Instit. *de obl. quae quas. ex del.*

nes vel aurigas. [v] Id quod forte etiam innuit VLPIANVS[x] dum scribit: *aut si stabulum, quod erat domus iumentis et carrucis vacans, pistrino locauerit.*

§. V.

Caupo praeprimis nobis est pro obiecto.

Missis vero nautis & stabulariis, [y] *solus caupo* erit, de quo in subsequentibus continuabimus. Quae autem de hoc proferuntur, ad illos suo modo applicari poterunt, nomina enim saltim relinquimus, non rem ipsam.

§. VI.

Caupone et hospite actiuo promiscue vtimur.

Quis hospes actiuus.

Hospes passiuus.

Cauponem in iis quae sequuntur, etiam *hospitem* vocabimus. Vbi tamen ad euitandam confusionem obseruandum distinguendum esse inter *hospitem actiuum* et *passiuum*. Hospes *actiuus* est, qui alium recipit, et graece πανδοχὸς, germanice der Wirth * vocatur. Quam vocem alii a warten, *expectare, curare*, alii a Werth, *i. e.* pretio deducunt. Quam litem tamen nostram non facimus, sed *Criticis* hanc penitus relinquimus. Denique communiter etiam dicitur der Gastgeber ** Hospes passiuus autem aliquando dicitur *diuersor*. Hinc CICERO [z] *Caupo*, ait, *non multo post clamat, hominem esse occisum, et cum quibusdam* diuersoribus *illum, qui ante exierat, consequitur.* Germanice hunc vocamus einen Gast. Vnde vox

v) v. BEYER *ad tit. cit. pos 19. lit.* K. Sic in *l. 1. § 5. it. l. 5. pr.* praetor *stabularios* à caupone distinguit.

x) *In l. 13. §. vlt. in f. de vsufr. conf. omn.* GOEDD. *ad L. 98. de V. S. n 3.*

y) Binis disputationibus, *de stabulis, cauponis, tabernis et hospitiis mercenariis*, von Gasthöfen, Erb- und Gemeinde-Schencken, Stadt-Kellern, Jahr-Küchen Caffee-Wein- und Brandewein-Häusern ꝛc. singulariter inclaruit *Dn.* D. SPECHT. *Vittemb. 1739.*

* v. Weichb. art. 78.

** Weichb. art. 23 *conf.* Gloss. ad h. art. ibi: Man soll niemand zu einen Gastgeber rechnen, er sey denn ein gemeiner Gastgeber. Hielte aber einer Gäste nach seinem Gefallen, (voluntariam et gratuitam hospitaturam intelligit, n. 3.) als ob einer einen Fürsten mit seinem Gesinde empfinge, der ist kein Gast-Geber, add. LR. *lib. 1. a. 24. ibique Glossa.*

z) *de inuent.* i LandR *lib. III art. 78.* vbi distinctio inter *hospitem actiuum* et *passiuum* etiam occurrit. verba autem: *inter actiuum et passiuum* alicubi deesse, monet *ill.* GAERTNER in *lect. variant. ibid p. m. 495.*

vox *Gastaldus*, a *Gast* et *baldian*, quod interprete SPELMANNO [aa] custodire significat. Alias vocabulum Gast, olim vsurpatum de homine *ob virtutem vel vitium aliquod* raro, prae caeteris conspicuo et insigni. Sic apud auctores *Legis Salicae* WISOGASTVS, idem est ac *prudens homo;* LOSOGASTVS, idem ac *cautus* et *astutus.* Hinc hodie tritum illud; er ist ein loser, schlimmer Gast. HVSOGASTVS, i. e. *bonus oeconomus.* SALVOGASTVS, i. e. rerum proletariarum, et ad infimam plebem pertinentium, studiosus. [bb]

Specialis significatus vocis: Gast.

§. VII.

Hospitatura, quam *hospes actiuus* profitetur, variis diuiditur modis. Est enim 1) vel *publica* vel *priuata.* Illa proprie ad *Politicam* pertinet, de qua itaque nos hic non agimus. Conferri interim de hac poterit THOLOS. [cc] et MAYER. [dd] Haec autem, *priuata*, iterum est vel *gratuita* vel *mercenaria.* Gratuita est vel *voluntaria* vel *necessaria.* *Voluntaria* est, qua quis *vltro*, hospites aduenientes in domum suam recipit, et necessaria gratis praebet. [ee] Haec *voluntaria*, quia ex liberalitate proficiscitur, virtutem illam parit, quae proprie *hospitalitas* adpellatur. Quam virtutem sacer codex pluribus locis exigit, [ff] et Scriptores profani commendant. [gg] Hanc prisci *Germani* praeprimis coluerunt; Hinc TACITVS, † quem-

Hospitatura est 1) vel publica vel priuata.

Priuata vel gratuita vel mercenaria.

Gratuita vel voluntaria vel necessaria.

Voluntaria.

aa) In Gloss. *hac voce.*

bb) *v* praefat. *legis Salicae* in Cod. legum Antiqu. LINDENBROGII. CAMERAR. *hor. subcisiuar. cent. 3 c. 64.* BESOLD *in thes. pract. verb.* Gast. conf. BOECLER. *de iur hospit. cap. 1. § 6 item* CHIFFLETIVS *in Glossario Salico vocum atuaticarum* voce GASTVS, *p. m. 56.*

cc) lib. XV *Syntag 28. n 35.*

dd) De aduocat armat. *c* X. *n. 245.*

ee) *v. l 5 §. 1. de his qui deiec l. 6. pr. naut. caupon.* l. 17. pr. *de praesc. verb.* l. 27. *de donat.* Hinc ipsi Romani distinguebant inter *cauponam* et *hospitium.* Ibi peregrini *pro certa pecunia*, hic *amici* gratis recipiebantur. Innuit id CICERO *de diuinat. lib. I. c. 7.* dum scribit: *cum duo iter facerent; alterum* ad cauponem; *alterum* ad hospitem diuertisse.

ff) *v. ad* ROM. XII 13. I. TIM. III. 2. HEBR. XIII. 2. I. PETR. IV. 9. GENES. XIIX. 3. XIX. 1. 2. i *dist.* XLII. *can.* 46.

gg) v. CICER. *Lib. I. offic.* et late CHASSAN *P II cons. 46.*

† de M. G. Cap. XXI.

quemcunque, inquit, *mortalium tecto arcere nefas habetur. Pro fortuna quisque a paratis epulis excipit etc. notum ignotumque, quantum ad ius hospitii, nemo discernit. Abeunti si quid poposcerit, concedere moris: Et poscendi inuicem eadem felicitas. Gaudent muneribus, sed nec data imputant, nec acceptis obligantur.* Insigne exemplum hospitalitatis ostendit Landr.[hh] in verbis: Seinem wegfertigen Gesellen und sein Wirth, da er geherbergt ist gewest, und seinen Gast, und wer zu seinen Gnaden fleucht,[ii] dem soll ein ieglicher Mann helffen, wider allmänniglich, auf daß er sich erwehre unrechter Gewalt, und thut daran wider seine Treue nicht. De Saxonibus veteribus igitur constat, sancte apud illos obseruatum fuisse, quod PLATO[kk] scribit: *cum peregrinis vnumquemque sibi foedus esse sanctissimum cogitare debere.* Conf. HEIGIVS.[ll] Et Caesar * *Hospites*, inquit, *violare fas non putant, qui quaque de causa ad eos venerunt, ab iniuria probibent, sanctosque habent, iis omnium domus patent, victusque communicatur.*

§. VIII.

Permulta alia exempla ex LL. veterum Germanorum, si de his in specie dicendum esset, adduci possent. Nolumus vero diutius his insistere, sed potius L. B. ad alios, qui otium nobis fecerunt, ablegare. Peculiarem autem hic industriam collocauit IOAN. GRYPHIANDER tam in tractatu *de Insul.*[mm] quam in *Oeconomicorum legalium libris.*[nn] Conferri etiam meretur ALEXANDER *ab* ALEXANDRO,[oo] qui de *Lucanis* scribit: *Si quis sole occasuro diuertentes hospites notos ignotosue domo exigeret*, vt κακοξενείας teneretur. Varia etiam huc pertinentia, collegit POLAC,[pp] in *Systemate iurisprudentiae Germani-*

Laudatur Gryphiander.

Lucanorum consuetudo erga hospites.

hh) Lib. III. *art. 78.*

ii) i. e. Wer in seine vier Pfähle fleuchet, oder bereits darinnen ist. iuxta Gloss.

kk) *Lib. V. de leg.*

ll) *P. I. qu. IIX. n. 77. seq. p. m. 116.*

* *de bell. Gall lib. VI. c. 23.*

mm) Cap. 31 n. 181.

nn) v. lib. I. c. XXIIX. n. 4. *seq.* p. *m* 779.

oo) Lib. IV. *genial dier.*

pp) Lib. I. c. XIIX. *p. m.* 74.

manicae antiquae. Hoc interim hic adhuc monendum: Ex hac voluntaria et gratuita hofpitalitate, non acquiritur *hofpiti paffiuo* ius hofpitandi, ne quidem ex mille actibus. Qui enim ex liberalitate, ficque ex gratia magis quam ex debito aliquem multis annis hofpitio excepit, non ideo praefcriptione quadam obligatur, id in pofterum quoque facere, qq) quia res merae facultatis, nullo vnquam tempore praefcribi poteft, cum in iis, quae facultatis iure naturali et Gentium liberae funt, et a noftro pendent arbitrio, nullo ex tempore, quantumuis diuturno, praefcriptio competat. rr)

In voluntaria hofpitatura nullum ius acquirit hofpes paffiuus.

§. IX.

Diuifa fuit hofpitatura gratuita in *voluntariam* et *neceffariam.* (§. VII.) De voluntaria actum. Pofterior fpecies dicitur, quando quis tenetur ratione officii hofpitem fufcipere, v. g. *magiftratum, militem vel alium peregrinantem etc.* quod eft munus patrimonii et onus reale, quod quilibet pater familias ratione domicilii aut patrimonii fui fubire compellitur. ss) Cum vero nec de hac agere nobis animus fit, etiam quoad hanc, *Lectorem* ad *Gryphiandrum* tt) et quos ipfe adlegat, remittimus.

Hofpitatura voluntaria neceffaria. De qua hic etiam non tractatur.

§. X.

Sermo igitur nobis principaliter hic eft, de eiusmodi hofpitatura, quam *mercenariam* vocant, vbi *aduenae cum rebus fuis, pro*

Mercenaria tantum eft huius loci.

qq) v. SCHVRFF *conf. 1. cent. 3.* MYNS. *dec. 13. c. 2. n. 29.* MAYER de aduocat. arm. cap. 10. n 303.

rr) id. *c. l. n. 296.* PFEIL, *conf. 202. n. 19. p. m. 289.* De rebus merae facultatis, pereruditе vti folet, differit *ill. de* LEYSER Vol. VII. SPEC. CCCCLXII. qui omnino legi meretur. *Conf.* COCCEIVS de rebus merae facultatis. Vol. I. 36. ESTOR de abufu rerum merae facultatis in foro Germanico, praefertim feudali. *Ien. 1739.* PETRVS de TOVLLIEV in collectaneis. *Groening. 1737. Differt. III. p. m. 106. fqq.*

ss) *v. l. 3. §. munus 14. de mun. et bonor.* ROLAND a VALLE I. *conf. 66. num. 3.*

tt) Lib. I. oeconomicorum legalium, *cap. 28. n. 10. feq* p. m. 781. Inter remedia *fcil.* parcendi publicis fumtibus in vtilitatem aerarii Reipublicae refertur et hoc, quod fubditi teneantur aliquando hofpitium praebere, et priuatis fumptibus Principem vel miniftros illius excipere. v KLOCK *de aerario lib. II. cap. 91. n. 16.*

pro mercede suscipiuntur, ac iis quae ad vitam sustentandam et quietem capiendam, necessaria sunt, instruuntur. Publice autem interest, patere peregrinantibus hospitia, in quae noctu diuue libere diuertant. vv) Nemo enim diuersorium secum portat, vti vulgo dicitur: Man kan keine Herberge mit sich bringen, vt ea propter omnino vtile pariter et necessarium sit, peregrinorum habere curam. xx) Quam ob rem caupones in quauis Republica bene constituta, non tantum tolerandi, sed his etiam, vti ex infra (§. XVI.) dicendis adparebit, ob officium quod viatoribus praestant, subito succurrendum. Imo caupones cum honestum, licitum atque Reipublicae vtile officium exerceant, si, vt quemlibet conscientiosum hominem decet, viuant, de benedictione diuina dubitare non poterunt. Audiamus GERBERVM † de hospitiis ad vsum licitum et necessarium erectis, sic disserentem: Solche Gast-Wirthe aber, die die Fremden aufnehmen, können sich auch eines rechtmäßigen Berufs getrösten, denn sie dienen in ihrem Stande ihrem Nächsten. Longe aliter autem sentit, vbi dicta ratio cessat. Hinc pergit: Aber die elenden Dorff-Schencken, und sogenannten Wirths-Häuser, da niemand, als die Einheimischen, hinkömmt, da auch keine Strasse auf manches Dorff zugehet, ach, das sind gottlose Sünden-Häuser, da nichts als Schwelgen, Uppigkeit und ander gottloses Wesen vorgehet; Diese Dorff-Schencken leben in einem höchst sündlichen und unverantwortlichen Stande rc. Hinc primis temporibus Romae artem cauponariam exercens infamia notabatur, iusque ciuitatis amittebat. Vnde DIONYSIVS HALICARN. *lib. IX.* scribit: οὐδενὶ γὰρ ἐξῆν ΡΩΜΑΙΩΝ οὔτε χειροτέχνην βίον ἔχειν. *Nefas ciui Romano aut cauponari, aut manuaria arte victum quaerere.* Feminae etiam operam in cauponis praestantes pro infamibus iure Romano habitae. *v. l. 43. de de R. N. l. 29. C. ad L. Iul.*

Huius necessitas.

vv) v. l. 1. §. 1. l. 5. *nautae. caup.*

xx) v. BESOLD *de iure ciuitat.* c. 6. STYPMANN *de iure maritim. lib. III. cap. 1.*

†) v. die unerkannten Wohlthaten GOttes in denen beyden Marggrafthümern Ober- und Nieder-Laußitz P. IV. cap. II. p. m. 1029.

l. Iul. de adult. l. 4. §. 2. de his qui not. inf. Quae iuris dispositio adhuc hodie in *Italia* vsu frequentatur, vt ea propter neque ob stuprum, neque ob adulterium, intuitu huiusmodi ministrae, actio locum habeat, *teste* THOLOSANO *in Syntag. iur. lib. X. c. 2.* Imo nec iure *Alamannico* in dictis mulieribus poena specialis constituta, *v.* IO. AVG. *Nobil. de* BERGER *in collatione codicis iuris Alamannici p. m. 374. c. 376.* vbi sequenti modo disponitur: Und ist, das ein Leydgeb (i. e. caupo) feyl hat Essen und Trincken, und hat ein Kaufffrau und ein Dirne, die sein Magd ist, und helffen ihm sein Ding besehen, die müssen mit den Leuten mehr zu schaffen haben, dann andere Frauen. Davon ist das gesetzt, ist es, daß sie werden geziegen, daß sie unehlich sünden, oder werden daran begriffen, man soll über sie nicht richten, als über andere Frauen, man soll sie auch nicht öffentlich rügen, noch öffentlich büssen, ihn soll ihr Pfarrherr heimlich Buß geben.

§. XI.

Caupo describitur.

Cauponem, de quo hic disserimus, describimus, quod sit *persona, quae aedibus signo aliquo adfixo, iter facientes ad ibi commorandum, cubandum, comedendum inuitat.* Ius erigendi diuersorium a nonnullis ad Regalia refertur. yy) BEYERVS vero zz)

Beyeri opinio de origine hospitiorum.

originem hospitiorum, quoad vsum hodiernum, sic describit: *Ita,* inquit, *mihi videtur: Nobiles, potiores, Comites, quin et aliquando ipsos Principes, primitus eiusmodi hospitia publica extruxisse, et priuatis hominibus locasse, neque hae aedes publicae in sortem priuatorum detrudantur; atque vt commodo peregrinantium consulatur, insignia sua iisdem adfixisse. Postmodum,* pergit, *priuatos in oppidis, et cumprimis in vrbibus, hunc morem imitatos, et facultatem hospites recipiendi iure proprio ac hereditario obtentam, quolibet signo arbitrario, et aliquando non satis congruo notasse.* Confirmat BEYERI opinionem, praeprimis quoad posterius, vsus et obseruantia locorum in ciuitatibus. Nec iter ea propter ad

 loca

yy) v. SCHOEPFF. de iure braxandi. *P. IV. c. 2. n. 26.* ibique allegati.

zz) lib. I. c. XVII. *iuris German. pos. 8. et 9.*

loca extera instituendum. Videat aliquis et numeret singula, quotquot hic *Lipsiae* deprehenduntur hospitia, omnia vero, quantum nobis constat, priuato arbitrio sunt instituta. Nec opus est, vt Magistratus adhibeant consensum, si ciues aedes suas priuatas ad vsum eiusmodi publicum adplicare velint, cum quilibet rerum suarum liberrimam administrationem habere debeat;[a] Nisi alicubi contrarium sit introductum. In quibusdam enim locis die Verleihung der Tabernen, *i. e. locorum, vbi hospites recipiuntur*, pro actu iurisdictionem probante, habetur;[b] Imo variis in locis, hospitia, singularibus priuilegiis donata, reperiuntur. Ne itaque eiusmodi priuilegiatis hospitiis praeiudicium inferatur, prohibetur *iure Saxonico* nouae cauponae erectio in pagis sub poena C. aureorum.[bb]

§. XII.

Signum non facit cauponem

Dum vero (§. *praeced.*) diximus, cauponem signo aedibus suis adfixo, viatores hoc modo, ad intrandum inuitare, non in ea sumus opinione, quasi praecise *ad indagandum hospitium* signum

a) *v. l. 21. C. mandat.*

b) BEYER *c. l. pos. II.* Cum hic tabernarum fiat mentio, placet adducere, quae adnotauit *ill. de* LUDEWIG *in Reliq. MStorum Tom. VII. lib. II. Cod. Legum Normann. c. XVI. §. 8. p. m. 185.* Sic autem ille, *Clarum* scribit, *est, agi hic de tabernis*, in quibus *potus et bladum* exponitur venum. *Est autem*, pergit, *tabernagium* idem, *quod vernacula dicimus* Tabernen-Recht. i. e. *ius non solum instituendi et aperiendi tabernas: sed etiam* tabernarios et caupones, *si falsam mensuram habuerint, puniendi. Imo statuendi illis modum et pretium.* Varia huc pertinentia, et praesentem materiam illustrantia, refert *Idem* cap. CXXVI. in denen gelehrten Anzeigen *ad an. 1732. p. m. 395. seq.* sub rubrica: Königl. *Edict d. a. 1724.* Fremde allein in Gasthöfen zu hausen. Nebst Erläuterung, die Fremde in Gasthöfe zu verweisen. Caeterum quidam putant, quod tabernae adpellatione proprie veniat locus, in quo venditur panis, vinum, cereuisia et caro cocta. *vid. Glossa* in *verb.* Tabernariorum, ad *Clement I. de vita et honestat. cler.* TUSCH. *Pract. Concl. lit. T. concl. 1.* vt adeo tabernarii essent, qui talia vendunt et comedentes recipiunt, *non qui hospitantur.* Multi tamen adserunt, quod et domus, in qua taberna exercetur, hospitium dicatur. In quo significatu et a nobis accipitur.

bb) v. *Ordin. Prouincial. d A 1555. i.* BERGER *Oecon. iur. edit. nou. p. m. 728. not. 2.* Conf. *Ord. Pol. Sax. d. A. 1661. tit. 12. §. fin.*

signum aliquod requiratur. Signa *scil.* a cauponibus ex libera voluntate, quaecunque velint, eliguntur; hinc etiam ex libera voluntate omittuntur, vt adeo certo certius sit, *signum cauponem non facere*, cum videamus multos priuatos aedium possessores, aedibus suis ex certa aliqua, vel etiam sine vlla causa, certum nomen imponere, vel certum signum adfigere, v. g. hic Lipsiae: die Feuer-Kugel, die hohe Lilie ꝛc. vbi aliquis, non nisi inepte inferret, qui a signo praefixo ad hospitium publicum argumentari vellet. Sufficit itaque si aliquis in aedes suas recipit aduenas, viatores, aurigas, etc. illisque hypocausta, esculenta et potulenta, et quae pro conditione cauponis hospitisque aduenientis necessario requiruntur, *vel* pro certa mercede, vti regulariter moris est, *vel* etiam, si sibi praeiudicare velit, gratis praestat, sicque ipso facto pro caupone se gerit; Sane, hunc cauponem dici, et ad viatores recipiendos cogi posse, dubitandum non est, nisi iustam non recipiendi causam habeat. [c] Nec obstat quando VLPIANVS [d] scribit, *in arbitrio cauponum esse, ne quem recipiant;* Lex enim haec merito pertinet *ad principium professionis*, vbi liberum omnino est, erigere hospitium, vel recipere hospitem; Vbi vero saepe et promiscue receperunt, necessariaque aduenientibus praebuerunt, sicque ipso facto artem cauponariam professi sunt, merito ad recipiendum obligantur. Cui sententiae adstipulantur, SPECKHAN, [e] MEVIVS, [f] BARTOLVS, [g] GODOFREDVS. [h] *conf.* SIMON *van* LEVWEN. [i]

Respondetur Vlpiano.

Ex frequenti et saepius facta recept. vita cauponaria praesumitur.

§. XIII.

Hi caupones, ex prima *Praetoris* edicti parte, (*v.* §. *I.*) actione *de receptis* conueniuntur, quam supra (§. IV.) descripsimus. [k] Cur vero haec actio a Praetore sit introducta, cum tamen actiones ciuiles adsint, quibus caupo conueniri possit? quae-

Quare praetor actionem de receptis introduxerit.

c) *v.* SPECKHAN *Centur. I. qu. 23. p. m. 24.*
d) in l. 1. §. naut. caup.
e) c. l. n. 3.
f) P. III. *dec. 63. n. 1.*
g) ad l. vn. in f. ff. *furti aduersus naut. caup.*
h) ad c. l. lit. f.
i) *Cent. for. lib. 2. c. 3.*
k) *v. l. 3. §. 1. naut. caup.*

quaerunt aliquando cum ipso VLPIANO. [l] *Scil.* locum habet contra cauponem actio locati, *si merces interuenerit*; Si vero gratis res ab eo receptae, iure ciuili instituitur *actio depositi*, vt igitur *necessaria non videatur* haec actio. Sed respondetur: Vtilior longe censenda est honoraria nostra actio, quam *Praetor* supplendi iuris ciuilis causa introduxit: In actione enim *locati* tantum ad damnum *leui*, et in depositi duntaxat ad damnum *lata* culpa datum agitur; Caupo vero in hac honoraria etiam de *leuissima culpa* tenetur. [m] Quid, quod etiam, vti infra (§. XXII. seq.) ostendemus, intuitu *periculi* obligatus sit. [n]

§. XIV.

Adducuntur casus, vbi caupo ad receptionem cogi nequit.

Diximus (§. XII.) cauponem ad viatores recipiendos cogi posse; Adiecimus vero etiam limitationem, *nisi iustam non recipiendi causam habeat.* Qualem adesse putamus, *si hospes passiuus morbo contagioso laboret;* Sane hic audiendus erit caupo, cum ne quidem, *teste* CARPZOVIO, [o] is, qui *aegrotos* recipere debet, talem in hospitium recipere obstrictus sit. Idem obtinebit, si caupo sciat, eum, qui vult recipi, esse *sceleratum, bannitum, luxuriosum, etc.* quoniam diuersoria saltim necessitati inseruire debent. [p] Vlterius excusatur caupo, *si iam alii hospitium occupauerint*, qui enim semel recepti sunt hospites, illi accedentibus aliis honoratioribus, iterum expelli nequeunt. Notus est huc pertinens versiculus:

Turpius eiicitur, quam non admittitur hospes.

Non enim hic obtinet regula conuiualis: *Da locum digniori;* [q] sed potius: *qui prior est tempore, potior iure;* [r] Et qui prius venit, prius etiam molit. [s] Nisi prior posteriori vltro cedat, quale exem-

l) c. l. 3. §. 1.

m) VLPIANVS c. l.

n) v. l. 1. pr. §. 1. c. l. l vn. §. 4. *furti adversus naut.* PICHARD. ad §. f. I. *de obl. quae quas. ex del.*

o) Lib. VI. *Resp.* 105.

p) v. KLOCK *de aerar.* cap. XVIII. n. 12. CAMERAR. hor subc. l. 1. med. 15.

q) LVC. *XIV*, *9.* PROVERB. *XXV*, *7.* GRYPHIANDER *lib. 1. Oecon. legal. c. 28. n. 45. p. m 789.*

r) *v. c. 54. de R. I in 6.*

s) *v.* Land-R. *lib. II. art. 59.*

exemplum de IVLIO CAESARE, qui C. OPPIO in diuerſorio ceſſit, profert SVETONIVS. [t]

§. XV.

Cauponibus merito inhibetur, ne promiſcue recipiant.

Cauponibus vero, ne promiſcue quemlibet recipiant, ſaluberrime inhibetur. Hinc per ſpeciales leges alicubi ipſis iniungitur, *vt ſingulis noctibus hoſpitum ſuorum nomina, per ſchedulam,* Nacht-Zettel, indicent. Ne ſtelliones, Beutel-Schneider, aliasque ſuſpectas perſonas recipiant. Quapropter in *Ordinatione Politica Saxonica* [v] ſic cautum: Nachdem ſich auch ie zuweilen verdächtige Leute in den Wirths-Häuſern und Kreßchmarn einſchleichen, aufenthalten, und allerhand Unfug verüben, ſo ſoll niemand (derer Perſon, Weſen und Geſchäffte nicht bekannt,) über eine Nacht gehauſet und beherberget, ſondern da ſich einiger Argwohn, wider einen oder den andern ereignet, ſolcher alſobald der Obrigkeit angezeiget werden. Caupones hoſpitibus etiam neceſſaria pro iuſto pretio vendere, nimiumque lucrum captare non debent. Ridiculum eſt quod refert GERBER [vv] de caupone quodam in oppido *Senffienberg*, quod verbis ipſius hic recenſebo, ſic autem ſcribit: Als der Herr Landvoigt von Promniß bey demſelben eingekehret, und ſich ein Frühſtück geben laſſen, foderte der Cammer-Diener von dem Wirth das Verzeichniß, was ſie verzehret hätten. Der Wirth gab zur Antwort: er begehre vor ieder und alles 24. Thaler. Wie ſolches der Cammer-Diener Ihro Gnaden, dem Landvoigt, berichtet, verlanget er gar ſehr zu wiſſen, woher denn ſo viel Geld verzehret worden, zumal ſie ſelbſt kalte Küche bey ſich gehabt? Der Wirth gab wieder zur Antwort: er verlange 24. Thaler, möchte doch verzehret ſeyn, was da wolte. Die Gras-Vögel zögen nur alle ſieben Jahr einmal, und wenn ſie kämen, müſte man ſie rupffen, es wären gleich ietzo ſieben Jahr, daß er keinen Gras-Vogel gefangen. Dar-

Nimium lucrum captare non debent.

t) Cap. LXXII.

v) d. *A. 661 tit. XII §. 5. conf.* Ord. Pol. d. *A. 1612. n. 17.* Euolui hic mere- tur *de* LVDEWIG. gelehrte Anzeigen, *ad an. 1732. cap. CXXVI* p. m. 403.

vv) Supra ad §. X. *ſub* † *c. l p. 1028.*

Nec luxuriae fomenta praebere, alias plectuntur.

Adparatus esculentorum etc. pro qualitate hospitum est instituendus.

Darauf der Herr Landvoigt gelächelt, und befohlen, dem Wirth 24. Thaler zu zahlen. Caueant porro, ne ciuibus gulae irritamenta et luxuriae fomenta subministrent. [x] Si in leges praescriptas peccent, iure Saxonico poena C. *florenorum* dictatur. [y] Quae repetitur, in DIVI IO. GEORG. II. *Ordin. Politica.* [z] Interim etiam hic ad ea, quae rem circumstant, videndum est; *Scil.* adparatus esculentorum et potulentorum pro qualitate et dignitate hospitum instituendus est; [a] Ne contingat, quod *Laconibus* obiectum est: *Erga peregrinos non oportere nimium λακωνίζειν.* [b]

§. XVI.

Caupones sibi ipsis ius dicere possunt. Regulas charitatis tamen excedere non debent, alias poenam incurrunt.

Cum autem caupones maximas impensas in conseruationem ipsorum aedificiorum, hypocaustorum, lectorum, in procuratione necessariorum, ad vtilitatem et desiderium viatorum, etc. impendere necesse habeant, ab hospitibus merito paratam exigunt pecuniam, quam si solvere detrectant, et forsan *clam* vel *palam* aufugere tendunt, cauponi permittitur equos, merces, vestes, quin et ipsas personas detinere, vsque dum de pretio satisfactum sit. [c] Misericordiam tamen caupo pro re nata exercere debet, ne ipse etiam aliquando, si nimis inhumanus sit, poenam incurrat. Pertinent enim etiam ad cauponem, quae ICtus *in l 33. pr. de vsur.* de Praesidibus prouinciae profert, dum scribit: *Non acerbum se exactorem, nec contumeliosum praebeat, sed moderatum et cum efficacia benignum, et cum instantia humanum, nam inter insolentiam incuriosam et diligentiam non ambitiosam multum interest.*

Cas. 1.

Hinc hospiti vestem ad- uenae

x) v. Ord. Pol. d. *a. 1548.* et *1577.* Ordin. Pr. Würt. *tit. XXX. §. 5.*

y) v. Landes-Ordn. d. a. 1555. rubr. Zehrung in Gasthöfen.

z) *v. lit. v. ibique §. 6.*

a) arg. l. 14. ff. de annuis legat. in f. SVRDVS *de alim. tit. 4. qu. 18.*

b) v. ERASM. *lib. 1. apophth.*

c) O. P. S. tit. LI. §. 1. verb. Desgleichen. Quod ius etiam in rebus vxoris diuersorio ab ipsa illatis exerceri posse, respondit F. I. L. *M. Sept. 1704.* referente MENCKEN *in Theor. et Prax.* Pand. p. m. 184. *v.* WEHNER *in obs. pract.* voc. Wirth. CARPZ. *P. I. C. 30. d. 18 n. 5.* et *P. II. C. 25. d. 21.* SCHOEPFF. *de iur. brax. P. IV. c. 2. n. 59. seqq.* GRYPHIAND. *lib. I. Oecon. legal. cap. 28. num. 63. seq.* pag. m. 79[illegible].

uenae detrahenti, cui postmodum frigore pereundum fuit, *mulctam decem vncialium* piis caussis impendendam, dictatam fuisse, refert BESOLDVS. [d] Aliud exemplum, vbi hospes passiuus ob detractas vestes, mortuus erat, habet RENAT. CHOPPIN. 2.
(1) et adhuc aliud MORNACIVS. (2) Quibus casibus grauem 3.
poenam extraordinariam dictatam fuisse referunt. An vero caupo etiam capitaliter puniri possit, non immerito quaeritur hoc loco? Et nos putamus, quod non; Cum enim culpa cauponis hic saltim concurrat, *aliquem ob vestes detractas esse mortuum,* regula etiam vulgata locum inveniet: *Neminem culpam capite luere.* Cui sententiae accedit WILDVOGEL. (3) Quam opinionem etiam adprobauit *Parlamentum Parisiense*, quod in simili casu cauponi tantum pecuniariam poenam dictauit. Sic enim SERVIVS (4) modum pronunciandi refert: „*La cour* „*a mis et met l' appellation au neant, et ayant aucunement egarde* „*à la requête de l' appellant, et y faisant droit pour la rigueur* „*par lui tenue au defunct, l' a condemné et condemne aumosner au* „*prisonniers de la conciergerie du Palais la somme* de dix ecus „Sol. *Ce fait, sera elargy enjoant aux hotês de garder l' hospi-* „*talité et charité chretienne.* Oportune hoc loco mentionem facimus nouissimi praeiudicii *inclyti Scabinatus Lipsiensis*, qui non quidem ob detractas vestes, sed ob denegatam moribundi in aedes receptionem *Mense Februar. a. c.* ad requisitionem *Praetor. Lips.* poenam arbitrariam dictauit. Non ingratum fore speramus *Lectori* ipsa sententiae verba hic adponere, sic autem sonant: Daß A. M. L. ihrer grossen Lieblosigkeit halber, wodurch der Tod eines Menschen verursachet, oder doch befördert worden, vier Wochen lang mit Gefängniß, oder um vier Neue Schock, hiernächst C. L. wegen unterlassener ihm obgelegener Sorgfalt, in Unterbringung des, der so nahen Todes-Gefahr ausgesetzt gewesenen, und sterbenden Christian Jahreisens, 8. Tage lang

An caupo capitaliter puniri possit, si ob vestes detractas quis moriatur? Negatur.

Quod adprobauit Parlamentum Parisiense.

Nouissimum praeiudicium simile.

d) *In thes. pract.* voce Gast.
1) *De moribus Parisiens lib. III. §. 11.*
2) Ad l. 14. de praescr. verb.
3) In differt. de iure stabul. cap. 2. §. 20.
4) *Vol. II. des playdoyes c. 13.*

lang mit Gefängniß, oder um vier alte Schock zu bestraffen, oder beyderseits vor jeden Tag Gefängniß drey Tage zu einer gewissen Arbeit anzuhalten. Hic notandum illud citissimi iudicii genus, quod vulgo Gast-Recht vocamus, quo debitori ad summum trium dierum spatium indulgetur, von dreyen Tagen zu dreyen Tagen, nonnunquam de die in diem, von einem Sonnenschein bis zu dem andern, dictatur, nec sententiae executio vlterius suspenditur. †

§. XVII.

Ad quid caupo obligetur?

Iure suo itaque caupo ab hospite mercedem aliaque, de quibus conuentum, exigit. [e] Ast caupo e contrario obligatus est ad rerum illatarum restitutionem. Ratio ex parte *Inferentis* est: quia suum cuique tribuendum; Ex parte *accipientis* seu cauponis: quoniam aequum est, vt quod alterius apud alterum reperitur, illud ei restituatur; Cum nemo cum alterius detrimento fieri debeat locupletior. Illatas tamen esse res in hospitium, caupo scire debet. Scire autem hic censetur exercitor vel caupo, res illatas esse, quas non ipse quidem, sed hi etiam, quorum opera ad res recipiendas vtitur, receperunt. [e]

Caupo illationem rerum scire debet.

Quid iuris, si uxor vel liberi receperint?

Hinc si vxor vel liberi res receperint, caupo non tenetur, [f] nisi probet actor, cauponem hanc potestatem his etiam dedisse, quod res viatorum recipere debeant. Alias enim caupo conuentus, absoluendus erit, quod fecerunt *ICti Vitteb. M. Iul. 1700.* teste WERNHERO. [ff] Quid vero dicendum, si *mediastino* res

† v. GERDESIVS de different. iur. comm. et Lub. c. III. §. 2. in eius *oper.* Tom. II. p. m. 298. MEVIVS *ad ius Lubec.* lib. III. tit. 1. a. 1. n. 42. 51. seq. vbi praeprimis hoc ius, quod vocamus das Gast-Recht, Lubecae, et in aliis ciuitatibus maritimis obseruari, tradit *Conf.* Rostocker Gerichts-Ordnung Lib. II. tit. vom Gast-Rechte. De iure Saxon. v. W. B. art. 46. et 47. *conf.* BOECL tract. de iure hospitiorum per Ioan. Iodoc. Beck c. VII. §. 15. seq. p. m. 223. seq.

e) *v. l. 1. §. 5. naut. caup.* ibi: *Institoresue eorum.*

f) l. c. in f. WIBEL, *de contr. mulier.* c. IV. n. 5. seqq.

ff) Vol. VII. *Suppl ad omnes part. obseru. 321. p. m. 763.*

res sit tradita? Erat autem *hic* apud Romanos vilissimum mancipium, ita dictum, *quod in mediis aedibus staret, vt ad cuiusuis iussum praesto esse posset.* [g] In naui vocatur *Mesonauta.* [h] Cum Mediastino confundere GARPZOVIVM [i] minus recte *diaetarium*, den Hauß-Knecht, vtpote qui praeponitur ad res hospitum recipiendas, vt proinde ex eiusmodi facto *hospes actiuus* omnino obligetur, [k] adserit de BERGER. [l]

Quid si mediastinus?

§. XVIII.

An vero specialis rerum illatarum assignatio, praeprimis si pretiosa cistis inclusa sint, cauponi sit facienda, haud immerito quaeritur? Affirmatiuam defendit ACCVRSIVS, [m] quae aliis etiam arridet, quoniam res pretiosiores mobiles, cistis inclusae, singularem omnino requirunt custodiam, vt adeo indicatio necessaria videatur, ne alias inter reliquas res viliores, propter externum adspectum remissius custodiantur. Placet tamen, hisce non obstantibus, contraria sententia, quam tuetur ICtus VLPIANVS, [n] cuius opinionem amplectitur *de* BERGER, [o] LAVTERBACH, [p] MENCKENIVS. [pp] Quem in modum etiam a ICtis *Helmstadiensibus mens. iun.* CIƆIƆCCXIII. pronunciatum refert *ill. de* LEYSER, [q] quia cauponae exercitor, qui cistam tacitus recipit, sibi imputare debet, non inquirendo, *quod ipsi licet*, in rerum inclusarum qualitatem. Sufficit igitur, quod generaliter custodiam receperit. [r] Imo non opus est,

An specialis rerum illatarum assignatio sit necessaria? Affirmat Accursius cum aliis. Negatiua praefertur.

g) V. GODOFR. *ad c. l. 1. § 5.*
h) V. STRYCK. *ad Lauterb. cit. l.* voce: *Mediastinus.*
i) P. II. C. 26. d. 11.
k) *c. l. 1. §. 3.*
l) *In Oecon. iur. edit nou. p. m. 728. nota 4. conf.* MORNAC. *ad l. 1. §. 4. c. l.*
m) *In l. 1. §. vlt. c. l.*
n) *In l. 1. §. 8. naut. caup.* cui iungi meretur *l. 1. §. 41. depositi.*
o) *In Oecon. iur. edit. nou. p. m. 728. nota 4.*
p) *In Coll. Pract. ad tit. naut. caup. §. 13.* cum ibidem citatis.
pp) *In Theor. et Praxi Pandect. tit. naut. caup. §.* II. vbi sic a F. I. L. pronunciatum refert. *p. m. 181.*
q) Vol I. *Spec. ad n. LXVI. med. 7. p. m. 716. seq.*

eſt, vt generaliter caupo certior reddatur de illatione, quod vult GODOFR. CHRIST. LEISERVS. † Lex enim neque generalem neque ſpecialem requirit, †† et culpae adſcribenda ignorantia eorum, quae quis ſcire poterat et debebat, vti pronunciarunt ICti Vitebergenſes, *Menſe Febr. 1721.* †††

§. XIX.

An caupo teneatur, ſi hoſpes interrogatus, diſſimulet qualitatem vel quantitatem rerum? Negatiua placet de Leyſer. Rationes pro adfirmatiua.

Quid autem dicendum, ſi hoſpes a caupone interrogatus, de rerum illatarum qualitate, hoſpes vero diſſimulet? An hoc etiam caſu caupo actione de receptis conveniri poterit? Negat hoc *ill. de* LEYSER. r Putamus tamen adfirmatiuam ex rationibus non contemnendis poſſe defendi. Non enim ſtatim ſequitur, hoſpes rerum illatarum qualitatem vel quantitatem diſſimulat, ergo caupo non tenetur. Hoſpes quippe poteſt eſſe meticuloſus, ne ob profeſſionem periculum aliquod *vel* rerum *vel* vitae incurrat. Et homines aſtuti celare potius quam manifeſtare facultates ſuas ſolent, ne anſam delinquendi praebeant. Imo vix eſt, vt cauponi licentiam inquirendi *ſimpliciter* concedamus, cum vt plurimum interſit vectoribus atque viatoribus ea propter res, quas ſecum portant, ciſtis eſſe incluſas, ne de qualitate, quantitate, raritate, etc. rei, vnusquisque certus ſit; Quam ob rem ſufficere videtur, cauponem recepiſſe hoſpitem, vna cum rebus, ciſtis incluſis, credendumque, eum teneri de illis etiam quas hoſpes, certis ex cauſis indicare diſſimulauit. rr Vtilis interim eſt aſſignatio, cum ſic

Vtilis aliquando cenſetur adſignatio.

† Iure Georgic. Lib. III. *c. 19. n. 50. ſeq.* p. m. 59°. *edit. nou.*

†† *v. l. 1. §. 8 naut. caup.*

††† *v. de* WERNHER Vol. V. P. IIX. Obſeru. CCCXX. p. m. 578.

r) c. l. in f.

rr) Hinc STRVV. *dec. Sabbath* Cap. XXVII. dec. 2. *Neque enim, ſcribit, opus eſt, vt ſpecialiter ipſis cauponibus eorumue miniſtris res aſſignentur: multo minus, vt ſignificetur, quae, quales et quantae ſint: alias multi vitae periculo ſe exponerent, ſi gazas, quas ſecum ferunt, exponerent hoſpites: Sed eo ipſo caupo recipit res ſaluas fore, cum ipſo ſciente inferuntur*, cum multis quos adlegat. Ex quibus fluit, neceſſarium non eſſe, vt caupo generaliter de illatione certior reddatur, quod vult LEISER *Iure Georg.* loco modo citato.

ſic probatio facilior ſit futura, quod tanta vel tanta quantitas abſit.

§. XX.

Neceſſaria etiam eſt, vbi lex publica hanc exigit.

Si vero lex publica indicationem requirit, committens praeciſe, etiam non interrogatus, rerum qualitatem adſignare tenetur. Id quod factum in Electoratu intuitu Poſtarum. [s] Idem teſtatur de terris *Brandenburgicis ill. de* LEYSER. [t] De maiore igitur quantitate, quam quae indicata, poſtarum magiſter non obligatur; Imo ſi committens in legem hanc peccet, rem aliam adſignans, recipiens non tenetur. Sic vbi mercator quidam *Lipſienſis*, faſciculum, quo 369½ *Louis d' or* et vnum Piſtoletum Hiſpanicum inſertum fuerat, pro faſciculo pretioſarum mercium indicaſſet, et poſtarum magiſtro *octodecim groſſos* ſoluiſſet, amiſſo hoc, *Facultas iuridica Vitebergenſis*, *Hallenſis*, *Altorſina* atque Erffordenſis ab actione de receptis eum penitus abſoluerunt. Integra reſponſa exhibet BARTHIVS *in Hodegeta forenſi.* [v]

 §.XXI.

citato. Lex enim *l. §. vlt. naut. caup.* ad quam ipſe prouocat, non diſtinguit, hinc nec noſtrum eſt diſtinguere. *v. l. 8. de publ. in rem act.* Conſentit WILDVOGEL, *de iure ſtabulorum, cap. vlt. §. 17.*

s) v. nouiſſimam Poſtarum Ordinationem, d dato Warſchau, *die 27. Iul. 1713* §. 44. ibi: Als iſt derjenige, ſo dergleichen Sachen (*de pretioſis, item de pecunia loquitur* §) denen Poſten anvertrauen will ſchuldig ꝛc. den Werth deſſelben, dem ſpedirenden Poſt-Meiſter, oder demjenigen, der an ſtatt deſſen die Expedition führet, damit derſelbe im Poſt-Buch eingetragen werden könne, anzuzeigen, und das geordnete Porto zu erlegen, da denn der Poſt-Beamte der Einlieferung oder des Ausgebens halber, denen ſo es verlangen, einen Schein, welcher jedoch länger als ein Jahr nicht gültig, und worinne die angemeldete Summe benennet, auszuantworten verbunden.

t) c. l. in f.

v) Cap. IV. de Proceſſu cambiali, p. m. 772. conf. ERN. IMMANVEL TENZEL in diſſertat. cui titulus: *Magiſtros Poſtarum teneri ex recepto actione, Erfford. 1727.* vbi §. vlt. multa Germaniae noſtrae Collegia iuridica, doctoresque magnae autoritatis adducit, actionem de receptis contra poſtarum magiſtros inſtitui poſſe, (*licet hoc a quibusdam in dubium vocetur*) adſerentes. Ratio enim publicae vtilitatis et neceſſitatis, idemque peregrinantium fauor, qui cauſſam edicto Prae-

§. XXI.

Caupo tenetur etiam si gratis receperit, vel claues hospiti tradiderit.

Circa protestationem: se nolle teneri, distinguitur.

Dubium itaque ex praecedentibus superesse vix poterit, vt iterum ad cauponem reuertamur, hospitem passiuum contra *eum*, vt res illatas atque receptas restituat, optimo iure agere, id quod etiam eo casu procedit, si caupo aliquem gratis suscepit, [x] vel si hospiti passiuo claues scrinii vel cubiculi, in quo res condere debet, tradiderit. [y] Quid vero statuendum, *si caupo expresse protestatus fuerit, se nolle teneri?* VLPIANVS [z] hoc casu cauponem liberum pronunciat, si vectores consenserint. Qui consensus tamen necessarius non videtur, si caupo *ante receptionem hospitis passiui* protestatus sit: Hoc enim casu hospes, si damnum sentiat, sibi imputare debet, quod ibi diuerterit. Si vero viator iam semel receptus sit, cauponis protestatio nullum habet effectum, nisi hospes consentiat, quia hic ex receptione habet ius quaesitum, quod caupo protestatione sua auferre non potest. [a]

§. XXII.

Praetoris dedit, hic etiam maxime locum inuenit; Quo facit *arg. l. 1 §. 4. naut. caup.* vbi edictum ad *exercitores ratium et lintrarios* profertur. Hinc tria praeiudicia F. I. V. pro hac sententia adducit BERGER *in Oecon. iur. Lib. III. tit. VI. § 8. nota 3 p. m. 728. edit. nou.* Denique praeiudicia tam pro aiente, quam negante sententia, (*etiam quoad rhedarios*) adducit BARTH *Centur. IV. dissens.* CCCXCI. p. m. *206 seq.* An vero actio de receptis *contra aurigam*, qui res transportandas accepit, institui possit? Negatiue responderunt *Dni. Scabini Lipsiens. M. Ian. 1695.* versus *Annaeberg. ad consultat.* Sempronii. Cui sententiae adstipulatur WILDVOGEL de iure stabulorum, *cap. II. § vlt.* Pro adfirmatiua tamen ab aliis variae etiam adducuntur rationes. IDEM *c. l. §. 14.* Quae sententia etiam *in statutis Lubecensibus* expresse confirmatur, his verbis: Wird Schiffern, Fuhrleuten und andern Guth zu überbringen vertrauet, liefert er dasselbe nicht vollkömmlich an den Ort, dahin er es bringen solte, sondern verleugnet ein Theil Gutes, welches hernachmahls bey ihm funden wird, man soll ihn straffen als einen Dieb.

x) *v. l. 6. pr. naut. caup.*

y) a. l. 7. *pr naut. caup.* v. STRVV. *Exerc. IIX. th. 117.* STAM *de seruitute personali, lib. II c. 16. n. 7.*

z) *in c. l. 7. pr.*

a) *v.* HOPP. *ad §. vlt. Inst. de obl. quae quasi ex del. in f.* SICHARD *ad l. 1. C. de locat. n. 10. conf.* STRVV. *Dec. Sabbath. cap. XXVII. Dec. 5.* HARPR. *Resp. Crim. Vol. 1. resp. 25. n. 98.*

§. XXII.

Tandem principaliter nunc videndum, quid iuris, si caupo conventus actione *de receptis*, opponat exceptionem casus fortuiti? v. g. rem illatam incendio, furto etc. surreptam esse. An simpliciter probato casu, a restitutione liberetur? VLPIANVS [b] circa hanc quaestionem mentem suam sic explicat: *at hoc edicto*, scribit, *omnimodo*, qui recepit tenetur, *etiamsi* NB. sine culpa *eius res periit*, vel damnum datum est; *Nisi, addit, si quid damno fatali contingit, etc. aut vis maior contigerit.* Damnum fatale *hoc loco* per casum fortuitum interpretantur communiter, quem describunt, quod sit *inopinatus euentus, qui diligentia et prudentia humana, ab eo, qui istum patitur, auerti nequit.* [c] Cum vero hic in nullo contractu praestandus, sed res domino suo pereat, [d] caupo simpliciter absoluendus videtur. Hinc interpretes haud pauci eum *ob damnum fatale vel vim maiorem*, a restitutione liberum pronunciant. [e]

Vlpianus de damno fatali.

Casus fortuiti descriptio.

§. XXIII.

Nos vero nec simpliciter *ob casum fortuitum* absoluimus, nec simpliciter *cauponem* condemnamus; Sed mediam viam, quam tutissimam putamus, cum iis, qui distinguendo incedunt, amplectimur. Placet *scil.* nobis, quam cum aliis tuetur, sententia LVDOVICI, [f] distinguendum esse *inter damna fatalia in ipsa caupona contingentia,* et *extrinsecus superuenientia;* *Priori* casu cauponem obligatum manere; Posteriore

Caupo ob casum fortuitum nec simpliciter absoluendus, nec statim condemnandus. Distinguitur inter damna intrinsecus et extrinsecus contingentia.

b) *in l. 3 §. 1. naut caup.*

c) *v l. 18 pr. commod l. 24. §. 4. de damn. inf l. 1 § 4 de O et A. l. 1. § 7. de administr. rer. ad ciuitat pertin. l. 6. C. de pign. act.*

d) per dd. tt. *add. l. 23. de R. I.*

e) v ACCVRSIVS *ad cit. l. 1. §. 3. lit. b* vbi scribit: *Ergo fuit casus fortuitus, et sic non tenetur.*

f) In doctrina Pand. *tit.* naut. caup. §. 5.

ſteriore autem abſoluendum eſſe, ex iis quae ſubſequuntur, adparebit.

§. XXIV.

Exempla damni extrinſecus dati referuntur.

Ad damna fatalia extrinſecus ſuperuenientia referimus *v. g.* ſi damnum contingat *vi venti*, *aquarum*, *grandinis*, *incurſu latronum*, *terrae motu*, *ruina*, vel ſimili aliquo modo, quae omnino prudentia humana praeuideri et auerti non potuerunt,[g] eaque propter, cum cauponi, circa eiusmodi generis damna data, imputari nihil poſſit, merito ab omni actione abſoluendus erit. Quam in rem bina *praeiudicia* adfert HAHN. *ad* WESENB.[h] Innuit hoc ipſum VLPIANVS,[i] dum exemplis adiectis rem declarat; vt ſi *naufragio*, aut *per vim piratarum*, res perierit, aut in caupona *vis maior* contigerit.

Tale damnum cauponi non imputandum.

§. XXV.

An furtum qualificatum pro vi maiori habendum.

Pro negatiua ratio 1)

An vero furtum, quod qualificatum vocant, v. g. cum effractione parietum vel ianuarum commiſſum, huc referri poſſit, quaeritur? Pro negatiua ſententia adducitur 1) quoniam caupo facto ipſo et exercitio profitetur, idoneum eſſe hoſpitium, cui tuto res viatorum credantur, et tacito quaſi pacto cuſtodiam et reſtitutionem rerum illatarum in ſe ſuſcipit.

2) 2) Quia ratio *Edicti* ſecundum VLPIANVM[k] adeo praegnans et ampla eſt, vt ad furtum quoque cum effractione commiſſum ſeſe extendat,[l] quum huius generis homines eadem facilitate atque malitia *vim maiorem* ſimulare, quam culpam vel dolum commiſſum diſſimulare valeant.

3) 3) Quia damna fatalia, quae imprudentibus accidere dicuntur, non omnem curam et culpam

g) *v. l. 31. de act. emt. l. 25. §. 6. locat. l. 2. quod met. cauſ. l. 24. §. 4. de damn. inf.* PECK *ad l. 3. §. miratur n. 12. naut. caup.* GRIVELLIVS *dec. 49.* CHRISTINAEVS *ad Mechlin. tit. 8. art. 15.*

h) tit. *naut. caup. n. 5.*

i) *In leg. 3. §. 1. c. l.*

k) *In l. 1. §. 1. et l. 3. §. 1. naut. caup.*

l) DVARENVS *ad cit. tit. p. 152. col. 1. ſub init.* BVSIVS *ſubtil. iur. lib. 4. c. 2. n. 2.*

pam excludere videntur, [m] et 4) effractio violenta adpositis custodibus auerti potuit. Aequior tamen adfirmatiua opinio, adeoque negatiuae praeferenda videtur; furtum quippe cum effractione commissum diligentissimorum etiam cauponum curam excedere solet, custodia *scil.* aduersus vim parum proficiente, [n] neque talem illi ipsi promittere videntur, quae *vim maiorem maiori vi* repellat, de qua nec ipse viator cogitasse censetur; Quod vero de furto [o] pro contraria sententia adducitur, de simplici tantum, non qualificato accipiendum, quod inter damna fatalia merito, nec sine iuris ratione, refertur. [p] Quo loco tamen obserues velim, iudicis arbitrium non penitus esse excludendum, *an non tali custodia, quae in diuersoriis regulariter exigi solet, damnum effractione datum euitari potuisset, etc.* circumstantiae enim omnes in hoc etiam negotio probe sunt obseruandae.

4) Pro affirmatiua tamen deciditur.

§. XXVI.

Quod vero pertinet ad damna fatalia illa, quae in ipsa caupona contingunt, aliud dicendum videtur; ad horum enim damnorum restitutionem cauponem obligari, scribit VLPIANVS [pp] his verbis: *etiam si sine culpa exercitoris res periit.* Hinc etiam factum vectorum, aut viatorum, exercitor praestare iubetur, [q] quod publicae securitatis causa ita constitutum. [r] Ab hac sententia tamen, manifestis iuris recepti textibus suffulta, (*vti ex eorum euolutione cuique facile adparet*) et iuxta quam in foro pronunciatur, recedit TITIVS, [s] contendens: *Quod caupo omnem diligentiam quidem promittat, omni-*

Caupo damna fatalia in ipsa caupona contingentia praestare tenetur.

Dissentit Titius.

Eius ratio.

m) v. *l. 52. §. 3 pro soc.*

n) v. CALV. Lex. iurid. *voce* casus fortuitus i. *l. 31. pr. de art. emt. l. II. §. 5. de minoribus*

o) in *l. 52. §. 3. pro soc.*

p) v. *l. 1. et 4. C locat* KLOCK *conf. 135. n. 92. tom. III.* VIETOR. *dec. 53. n. 6.* STAM *de seruitute person. c. XVI. n. 14.*

pp) In l. 3. §. 1. *naut. caupon.*

q) *In l. 1 §. vlt. c. l.*

r) *In l. 1 §. 1. c. l.*

s) in I. Priu Lib. X. cap. XIV. §. 8. *seqq.*

omnimodam vero ſecuritatem, nullis caſibus turbandam, haud quaquam polliceatur. Addit: *tam amplam promiſſionem a communi ratione abhorrere.* Ad quae tamen reſpondetur: In aeſtimanda obligatione cauponis non attendendum, *quid ipſe promittat*, ſed quam late eius obligatio ex ipſa profeſſionis natura pateat. Nec aduerſatur hic aliquid naturali rationi; caupo enim, qui artem publice profitetur, ad damni reſtitutionem obligatur, id quod natura et indoles huius profeſſionis expoſtulat. Alia adhuc mouet dubia TITIVS, in quorum reſolutione nullam locabimus operam, ſolide enim ſingula examinauit et refutauit WERNHERVS,[t] qui remotis obiectionibus tandem ſic concludit: *Igitur non eſt, cur ſingularem, nulloque ſolido fundamento ſubnixam* TITII *opinionem amplectamur; ſed potius in communi ſententia, rationi, legibus et Praxi conſentanea perſiſtimus.* Quem in modum etiam ab *Ordine ICtorum Witteberg. Menſ. Febr. 1721.* ad requiſitionem *Senatus Islebienſ.* in cauſa Johann George Birls contra Adam Schmieden pronunciatum refert.

Cui reſpondetur.

Praeiudic. contra Titii opinionem.

§. XXVII.

Cauponem a reſtitutione liberum pronunciauimus (§. XXV.) in furto qualificato. Aliud itaque dicendum, ſi furtum ſimplex in ipſa caupona ſit commiſſum, quo caſu caupo hoſpiti paſſiuo ad reſtitutionem obligatur omnino; ſiue ab vno ex viatoribus,[v] ſiue ab illis, quorum opera vtitur caupo, damnum vel furtum factum ſit. Nec adſtipulandum erit iis, qui ſtatuunt, *ſi ſeruus vel famulus communi omnium opinione bonus ac probus fuerit habitus, excuſari dominum circa ea, quae ſunt a ſeruo contra ius hoſpitii admiſſa;* [x] quamuis enim a culpa circa

Caupo ob furtum ſimplex in caupona commiſſum tenetur.

Siue hoc a viatoribus, ſiue ab aliis, quorum opera vtitur, factum.

Nec prodeſt cauponi, ſi famulus probus habitus ſit.

t) *Part.* IIX. obſ. CCCXXI. p. m. 579. *ſeq.*

v) v. *l. 1. §. f. naut. caup.*

x) v. BALD. *in l. 3. §. 1. v. ex hoc edicto. n. 2. naut. caupon.* ZASIVS *in Parat. eod. n. 9.* STAM *de ſeru. perſ. Lib. II. c. XIV. n. 18.*

circa electionem talis famuli liberetur, tamen non statim ab actione de recepto simul liberabitur, [z] quippe cuius fundamentum est in ipso cauponationis exercitio, quod ad restituendum res receptas indistincte obligat. Exercitorem igitur etiam *ex receptione ancillae*, hospiti, surreptorum nomine, obligari, ostendit integrum responsum cum rationibus dubitandi et decidendi *ICtorum Vitebergens.* apud BERGERVM. [a] Quid, quod amplius teneatur etiam caupo de facto alieni serui, et *cuiuslibet alterius*, quem in vsum suum domi adhibuit. [b] Optime igitur CAROCIVS [c] pro cautela ponit, ne caupones mandent, aut committant aliquid famulo viatoris, *quia in hoc videntur eligere eius operam, et magis sibi praeiudicare, quam si suomet seruo vtantur.* Quodlibet itaque damnum in aedibus hospitii datum, redundat in cauponem. [d]

Praeiudicium de ancilla cauponis.

Carocii cautela de famulis viatorum.

§. XXVIII.

Circa incendium quaeritur quid iuris, an hoc exorto etiam damnum viatori datum, restituendum sit? Et hic iterum distinguendum, vtrum in caupona, an in vicini aedibus ortum sit. Sane vltimo casu cauponem non obligari existimandum merito, cum hoc damnum *pro fatali* (v. §. XXVI.) habendum sit omnino, quod caupo praeuidere non potuit; Si vero in ipsa caupona exortum sit, certe caupo obligabitur. Sic quidem recte distinguit ill. BERGERVS, [e] a quo tamen recedimus, quod hoc etiam casu, *scil.* ob incendium in ipsa caupona

Ob incendium in caupona exortum, caupo tenetur.

a Bergeri et Stammii opinione quoad modum probandi receditur.

z) a. l. 1. §. f. l. 2. et 3. pr. et § 1. *cit. tit. i. l. vn §. f. furti aduersus naut. et § vlt I. de obl quae quas ex del.*

a) Lib. II. Resp 48. *p. m. 71.* ad quod prouocat *in Oecon. iur. p 729 ed. non.*

b) *v. l. 7. §. 4 naut. caup.*

c) P. *IV. rubr. de incend. n. 21. de locat. conduct.*

d) *v. l. 6. §. 1. naut. caup. l. 21. §. 1. commod.* Non obstat lex *5. §. 13. cod. tur.* conf. OLDENDORP. *Class. VI. act. 5.* et CHRISTIN. *Vol. V. dec. 65 n. 24.* Notabile praeiudicium circa rem metallicam, praesentem materiam illustrans, habet HORN, *in iurisprudentia feudali, cap. IX. §. 18. figur. * p. m. 213.*

e) *In Oecon. iur. p. 730. edit. non.*

pona exortum, culpae, saltim leuissimae, probandae onus, in actorem reiicit. Equidem STAMMIVS [f] eandem fouet sententiam. *Ratio.* Ast neutrius placet opinio: Culpae enim circumstantia, *hoc casu*, nihil ad rem facit, quia, quae de culpa in certis negotiis praestanda adducuntur, ad *receptores*, qui *citra culpam* quoque *suam* et *quorumuis* in caupona existentium culpa obligantur, non pertinent, et caupo *siue* lata, *siue* leui, *siue* leuissima, *siue* nulla prorsus illius culpa concurrat, damnum huiusmodi incendio illatum, praestare obstringitur. *Non obstat dec. El. 80.* Prouocat quidem BERGERVS ad *dec. El. 80.* vbi Legislator *Saxo sanciuit, quod in incendio culpa patrisfam non praesumi, sed probari debeat;* [g] *Ratio.* quia vero *dicta decisio* applicari non potest in casibus, vbi quis casum quoque fortuitum, *omni licet culpa careat*, praestare tenetur, rectius statuitur cum CARPZOVIO [h] actori onus probandi iniungendum non esse, *Praeiudic. pro nostra opinione.* et sic etiam F. I. V. *Mense Februar.* 1721. pronunciauit, teste WERNHERO [i] et HORNIO, [k] qui a *dicta Facult. anno 1690.* hunc in modum pronunciatum refert: Hiernechst nicht nöthig gewesen, in der Klage der *Culpae* oder *Casus fortuiti* zu gedencken, in Erwegung der *exercitor nauis vel vehiculi, siue ipse res receperit, siue Magister, siue is, qui custodiae causa praepositus,* vor die verlohrne Sachen zu stehen, und daß solche *casu fortuito* von Handen kommen, beyzubringen schuldig, Kläger hingegen, eine culpam zu erweisen nicht verbunden. Eo autem casu, si cauponi cum locatore suo negotium sit, sententiam BERGERI et STAMMII veram putamus. [l]

§. XXIX.

f) *Lib. II. c XV. n. 20. seq de seruit. pers.*

g) V. PHILIPP *ad d. dec. obs. VII.* conf. DONAVER *Consil. XXII. p. m. 128.*

h) P. II. C. XXVI. *d. 18. n. 10.*

i) Vol. V. P. VIII *obs. 322. p m. 583.*

k) Cl. XII. Sent. 6. n. 2. conf. WERNHER *Part. IX. Obs. 229. p. m. 399*

l) per *l 3. §. 1. de offic.* Praef. *vigil.* et *l. 11 de peric. et commod. rei vend.*

§. XXIX.

Quando asseruimus (§. *praeced.*) quod viator ad culpae leuissimae probationem obstrictus non sit, non est mens nostra, quasi hospes passiuus nullo plane onere probationis grauandus esset. Nam etiam in actione de receptis, vti in aliis casibus fieri solet, ea quoque, quae facti sunt, et in quibus actor fundamentum intentionis collocat, probanda veniunt. Cum itaque in hac actione et *rerum receptio* et *damnum datum* facti sit, facile etiam concludendum, vtrumque ab actore esse probandum, quoniam adfirmanti incumbit probatio. [m] Si testes deficiant, et caupo praesumtionibus grauetur, *iuramento viatoris* euincendum est; modo viator eius sit auctoritatis, vt iurato ei credatur. [n] Iuramentum vero intuitu rerum ablatarum, non est *adfectionis*, sed saltem veritatis, [o] cum hoc negotium sit stricti iuris. Caeterum quia species suppletorii iurisiurandi est, sequitur eo casu, vbi a parte actoris omnis deficit probatio, illud non posse decerni. Hinc *ICti Vittebergens.* actore nil probante, cauponem absoluerunt, *Mense Febr. 1721.* verb. sentent. Daraus so viel zu befinden, daß Kläger gestalten Sachen nach, und in Ansehung, daß die abgehörten Zeugen weder von seiner Reise-Lade, und daß er solche in Beklagtens Stube zur Verwahrung gesetzet, noch von denen libellirten 100. Thalern, daß solche darinnen gewesen, und daraus entwendet worden, etwas gewisses ausgesaget, dasjenige, so ihm zu erweisen auferlegt, und er sich angemasset, nicht erwiesen, derowegen Beklagter von der angestellten Klage zu entbinden. [p]

Quid in actione de receptis ab actore probandum sit?

m) v. *l 2. et l 21. ff. de prob.* I. LOCCEN. Lib III. de I. marit. c. 8. n. 3.

n) v. WESENB. I. *consl. 36. n. 40.* CAEVALL. *qu.* 655. MENOCH. II. A. Q. 208. n. 26. seqq. et ex eo SPEIDEL. *Notab. voc.* Wirth. conf. infra §. XXXIII. rationes decidendi.

o) *arg. l. 5. pr. de in lit iur.*

p) v. WERNHER Vol. V. P. IIX. Obs. 323. p. m. 583.

§. XXX.

Adducitur casus nouissimus pro illustratione actionis de receptis.

Non iniucundum existimamus fore L. B. loco coronidis ad illustrationem eorum, quae in praecedentibus adduximus, casum practicum, *vti loqui amant*, eumque recentissimum, et adhuc sub iudice pendentem, adducere: Adparet ex hoc actionis *de receptis* fundamentum; adparet etiam maximopere collegiorum iuridicorum dissensus. En facti speciem; En sententias latas, vna cum rationibus decidendi:

Actor Dn. B. H. de B. contra I. H. Z. coram Praetorio Lipsiensi per mandatarium, sub die VII. Nouemb. *an. 1740.* proponebat:

Facti species.

Er sey am abgewichenen 9ten Octobris, als den Sonntag in der andern Michaelis-Meß-Woche, Abends anhero nach Leipzig gekommen, und bey Beklagten, als einem öffentlichen Gast-Wirthe eingekehret, welcher ihn denn auch willig auf und angenommen, in ein Zimmer 1. Treppe hoch, fornen raus logiret, und dahin seine *Bagage*, *Coffre*, *Chatoulle* und übrige bey sich gehabte Sachen schaffen lassen. Als nun Kläger des andern Tages, Montags Mittags zwischen 12. und 1. Uhr ausgegangen, und sodann einer desselben *Laquays* Beklagtem gemeldet, daß er, und sein anderer *Cammerade*, auf einen Augenblick zum Essen ausgehen wollen, und Beklagter ihnen ein Vorleg-Schloß vor die Stube zum verschlüssen darleihen möchte, so hat zwar Beklagter dergleichen Schloß diesem Bedienten gegeben, auch auf dessen Erinnern, daß solches Schloß doch wohl gut seyn würde, erwiedert: es sey gut; ferner auf eben desselben Bedienten Ansuchen, er möchte mit vor die Stube besorgt seyn, geantwortet: seine Leute gingen immer nauf und runter; Wornach mehr gedachter Bedienter das von Beklagtem erhaltene Schloß vor die Stuben-Thüre geleget, und mit dem andern *Laquay* zum Essen gegangen; Dahingegen sich kurtz darauf ereignet, daß,

daß, als Klägers zwey Bediente wieder vom Tische heim gekommen, nur gedachtes Schloß von der Stube abgeschlossen, die Stube offen, und die im Alcouen daselbst gestandene Chatoulle erbrochen gewesen, da denn, indem Kläger selbst herbey geruffen worden, sich gefunden, daß aus gedachter seiner Chatoulle 900. Thlr. in Golde, wenigstens 100. Thlr. an Silber-Gelde, ein diamanten Halß-Band, von 19. grossen Brillanten, und 72. dergleichen kleinen, auch eine goldene Uhr-Kette gefehlet und entwendet worden. Wann dann Beklagter als ein Gast-Wirth, vor diese zu ihm eingebrachte Sachen zu stehen schuldig; gleichwol derselbe dieses Erstattung in Güte nicht leisten will; So ist Kläger zu klagen bewogen, fodert von Beklagtem Einlassung und Antwort, nach dessen Erfolg zu erkennen bittende:

Daß Beklagter die libellirten 900. Thlr. in Golde, das mit 19. grossen und mit 72. kleinen Brillanten besetzte Hals-Band, und die goldene Uhrkette entweder in natura, oder den Werth dafür, nebst dem Interesse morae und allen verursachten Schäden und Unkosten zu erstatten schuldig. Desuper etc.

§. XXXI.

Facta a reo litis contestatione, et oppositis exceptionibus 1) non competentis actionis *de receptis*, quia non esset caupo, sed 2) tantum oenopola, 3) rem culpa actoris esse perditam, et 4) casus fortuiti, e *Scabinatu inclyto Lipsiensi*, coram Praetorio *die 26. Iun. 1741.* sequens publicabatur sententia:

Auf Klage, Exception und erfolgte Gesätze; in Sachen derer Anwälde B. H. v. B. Klägers an einem, J. H. Z. Beklagten andern Theils, so dieselben Uns, samt denen dißfalls ergangenen Acten übergeben, und sich des Rechten darüber zu belernen gebeten haben, Sprechen wir Königl. Pohln. und Churfl. Sächs. Schöppen zu Leipzig vor Recht: Daß Klägers Suchen, weil es auf eine dergleichen von *Sententia Scabin. Lips.*

Seiten Beklagten geschehene Reception, derer in der Klage bemeldeten Sachen, so letztern zu deren Ersatz, denen Rechten nach, verbinden könte, nicht gegründet, inmassen es anbracht, nicht statt hat, derselbe auch die dadurch verursachten Unkosten, nach vorhergehender deren Liquidation und richterlicher Ermäßigung, Beklagtem zu ersetzen schuldig.

§. XXXII.

Interposita vero ab actore leuteratione, et facta huius prosecutione, *ill. ordo ICtorum Lipsiens.* Mens. Mai. d. a. sequentem in modum pronunciauit.

Correctoria Sententia F. I. L.

Auf Leuterungs-Schrifft und erfolgte Gesätze derer Anwälde B. H v. B. Klägers an einem, I. H. Z. Beklagten andern Theils, so dieselben Uns, samt vorigen Acten zugeschicket, und Unsere Rechts-Belehrung darüber gebeten, Erachten Wir nach fleißiger Verlesung und Erwegung in Rechten gegründet und zu erkennen seyn: Nunmehr aus denen Acten so viel zu befinden, daß Klägers Suchen, immassen es anbracht, gestalt die Klage ausdrücklich darauf, daß Beklagter ein öffentlicher Gast-Wirth sey, Kläger in der *Qualitaet* bey ihm eingekehret, welcher ihn nicht allein willig auf und angenommen, in ein Zimmer logiret, wohin Kläger seine Sachen schaffen lassen, solche auch Beklagter eingenommen, allerdings statt hat; Und weil übrigens Beklagter auf die erhobene Klage geantwortet, und deren nicht allenthalben geständig, so ist Kläger den Grund derselben, und so viel ihm daran verneinet, in Sächs. Frist, wie Recht, zu erweisen schuldig, darwider Beklagtem der bedingte Gegen-Beweiß, Eydes-Delation und andere rechtliche Nothdurfft billig vorbehalten wird, ferner darauf zu beschehen, was Recht ist. Quae sententia etiam, non obstante Leuteratione a reo interposita, a F. I. Vitt. *Mense August d. a.* hisce formalibus: Daß es der eingewandten Leuterung ungeachtet, bey dem am 24sten May des ietztlauffenden Jahres eröffneten, und *fol. 49.* befindlichen Urthel billig bleibet: fuit confirmata.

Quae confirmatur a F. I. V.

§. XXXIII.

§. XXXIII.

Peracta probatione et reprobatione, disputationibusque attestatorum ad Acta relatis, *Mense Ian. a. c.* sequentem tulit sententiam definitiuam *incl. Scabin. Lipsiens.*

Auf Klage, Antwort, geführten Beweiß, auch Gegenbeweiß, und erfolgte Gesätze, in Sachen derer Anwälde B. H. v. B. Klägers an einem, I. H. Z. Beklagten andern Theils, so dieselben Uns samt denen dißfalls ergangenen und andern Acten in zweyen Voluminibus übergeben, und sich des Rechten darüber zu belernen gebeten haben, Sprechen Wir K. P. und E. S. S. z. L. darauf vor Recht: Dieweil Inhalts des 50sten, ingleichen des 25sten und folgender Gegen-Beweiß-Articul, bis mit dem 33sten, derenthalber Kläger, vermöge des Rechtskräfftigen Urthels fol. 144. pro confesso et conuicto geachtet worden, Beklagtens *Principal*, was die Sache, worüber gegenwärtig gestritten wird, anlanget, nirgends wobey concurriret, als daß Klägers *Principal* ihn ruffen lassen und das Zimmer, worinnen er logiret, auf 8. Tage, und zwar nur Meß-Vermiethung, bedungen, davon hingegen, daß er Sachen bey sich habe, und worinnen diese bestanden, nichts gedacht, auf die gemiethete Stube Acht zu haben nicht verlanget, vielmehr die Aufsicht darüber, und über seine Sachen, durch seine eigene Leute, da er ihnen von der Stube zu gehen verboten, verrichten lassen wollen, diese auch solcher Bewahrung, laut des 17ten Beweiß-Articuls, obschon auf eine andere, als die ihnen anbefohlene Art sich unterzogen, nicht weniger nach Vermerckung des, dem Angeben nach, durch Diebstahl erlittenen Verlusts, dessen Schuld erwehnter Klägers *Principal* selbst einem schon gedachter seiner Leute, immassen angezogener 33ste Gegen-Beweiß-*Articul* enthält, beygemessen, und dann bey solcher Bewandniß, auf derer letztern, zu Klägers Vortheil, iedoch auch zugleich zu ihrer eigenen Entschuldigung, gethane Aussage, ein sonderlich Absehen nicht zu machen, über dieses denenselben, was die Entwendung derer in der Klage bemeldeten Sachen und

Sententia definitiua e Scabin. Lipsiens.

Geldes

Geldes betrifft, gestalt aus deren Antwort auf den 27sten und folgende Beweiß-*Articul*, ingleichen aus dem 57. 58. und 59sten Gegen-Beweiß-*Articul* sich veroffenbaret, aus eigener Wissenschafft etwas nicht bekannt ist, sondern sie lediglich auf Klägers Vorgeben sich gründen, daneben die von diesem, in beygelegten Inquisition-Acten, geschehene eydliche Beständung des gerügten Diebstahls zum Beweiß in gegenwärtiger *Civil*-Sache, wider Klägern nicht genug ist; So hat dieser dasjenige, so ihm zu erweisen auferleget, und er sich angemasset, wie recht nicht erwiesen; derowegen Beklagter von der erhobenen Klage zu entbinden und los zu zehlen. Die auf diesen Procefs gewendeten Unkosten aber sind, nachdem eine frevelhaffte Fortsetzung desselben, von Seiten Klägers eben nicht erscheinet, gegen einander aufzuheben.

K. P. u. C. S. S. zu Leipzig.

§. XXXIV.

Sententia correctoria F. I. L. Interposita vero ab actore leuteratione, incluta *Fac. Iur. Lipſ. Menſ. Mai. a. c.* sequentem tulit correctoriam sententiam:

Auf Leuterungs-Schrifft und erfolgte Gesätze derer Anwälde *B. H. v. B.* Klägers an einem, I. H. Z. Beklagten andern Theils, so dieselben Uns samt vorigen Acten, in zwey unterschiedenen Voluminibus zugeschicket, und Unsere Rechts-Belehrung darüber gebeten; Erachten Wir nach fleißiger Verlesung und Erwegung, in Rechten gegründet und zu erkennen seyn:

Nunmehro aus denen Acten so viel zu befinden, daß Beklagter von der erhobenen Klage nicht zu entbinden, und loßzuzehlen, sondern es hat Kläger dasjenige, so ihm zu erweisen

weisen auferleget, und er sich angemasset, zur Nothdurfft bey-bracht, derowegen Beklagter Klägern die libellirten neunhundert Thaler an Golde, wenn dieser, daß würcklich so viel in der Chatoulle gewesen, schweret, a ingleichen das mit 19. grossen, und mit zwölff kleinen Brillanten besetzte Halsband, und die goldene Uhr-Kette, wenn gleichfalls zuförderst der wahre und eigentliche Werth von Klägern eydlich bestärcket wird, zu bezahlen schuldig. Im übrigen bleibet es eingewandter Leuterung ohngeachtet, bey dem am *28. Januar.* dieses Jahrs eröffneten Vol. II. fol. 2. befindlichen Urthel billig, und passiren die fol. 41. liquidirten Expensen sub A. und B. ohne Abgang. Von Rechts wegen. Zu Urkund mit Unserm Insiegel versiegelt.

Ordinarius, Senior und andere Doctores der Iuristen-Facultät in der Vniversität Leipzig.

Rationes decidendi

in Sachen

B. H. v. B.

Klägers an einem,

I. H. Z.

Beklagten andern Theils.

Obwol Bekl. vorwendet, daß er kein Gast-Wirth, sondern ein Weinschencke und Traiteur sey, er auch *ix. art. reprobat. 15. fol. 248.* keine Fußgänger, Fuhrleute, Handwercks-Pursche und dergleichen, sondern nur Passagiers beherberge, hiernächst *ix. art. reprob. 9. fol 247.* das Haus, welches Beklagter gemiethet, mit keinem öffentlichen Zeichen, wie die Gasthöfe zu haben pflegen, bezeichnet

a) Eundem in modum pronunciavit F. I. *Ien.* referente WILDVOGEL, dissertat. *de iure stabulor. cap. vlt.* §. *17.*

zeichnet, und solches Haus, *ix. repr. art. 8. fol. 246.* keine Caupona oder öffentlicher Gasthof, sondern nur ein Wein- und Speise- oder Traiteur-Haus sey, dahero dasjenige, was in denen Römischen Rechten wegen derer Gastwirthe, derer bey ihnen verlohrnen oder gestohlenen Sachen, versehen, auf ihn nicht gezogen werden könne, da zumal Kläger Beklagtem nicht gesaget, daß er Geld, oder andere kostbare Sachen bey sich habe, Beklagtem auch seine Chatoulle nicht aufzuheben gegeben, oder auf seine Stube Acht zu haben nicht gesaget, vielmehr Kläger seinem Bedienten befohlen, von der Stube nicht wegzugehen, und Beklagter hierbey nirgends concurriret, oder ihm eine culpa beygemessen werden könne, und alle diese Umstände Beklagter in dem Gegen-Beweise, weil Kläger nach dem Urthel fol. 144. Vol. I. pro confesso et conuicto gehalten worden, dargethan, und diesemnach, daß er von der angestellten Klage gäntzlich zu entbinden, und loszuzehlen sey, es das Ansehen gewinnet.

Dennoch aber und dieweil in dem Contracte fol. 175. Vol. I. welchen Beklagter mit dem Eigenthümer des Hauses geschlossen, ausdrücklich der Gastung und Wirthschafft erwehnet, und per *depos. test. ad art. prob. 7. fol. 192.* und *214.* item *fol. 227.* er in und ausser denen Messen, Tag- Nacht- und Wochen-weise, Fremde um Geld beherberget, speiset und bewirthet, Wagen und Pferde einnimmt, vor-diese Heu, Hafer, Heckerling und Stroh führet und verkauffet, nicht minder *ix. art. prob. 8.* und die darauf gerichteten Interrogatoria *fol. 194. fol. 215. et 227.* sich durch Gasthaltung nähret, und seinen Nutzen und Profit machet, sowol *ix. art. prob. 9. fol. 197. 216.* und *228.* seine ordentlichen Stuben, Cammern und Ställe vor Reisende und ankommende Passagiers in Bereitschafft hat, mithin, cum caupones dicantur, qui cauponantur, et quotidiani quaestus gratia cauponam exercent, v. l. 1. §. caupones, 5. *l. 5. ff. naut. caup. et stabul.* viatores recipiendo tam ad comedendum, quam ad cubandum, *v.* LAVTERB. *differt. de naut. caup. et stabul.* §. *3.* allhier kein Unterscheid zwischen einem

nem Traiteur und Gastwirthe zu behaupten, welchem auch *test. 1. ad art. reprob. 8. fol. 246.* gewisser massen beytritt, sintemal Gastwirthe, auch Gastgebere, und Caupona ein Wirthshaus oder Gasthof (LAVTERB. *all. loc.*) genennet wird, und Beklagter angeführter und erwiesener massen doch seinen Profit von der Wirthschafft machet, dahero, daß Beklagter keine Fußgänger, Fuhrleute und Handwercks-Pursche nicht einnehme, bey dieser Sache ihm nicht zustatten kommen mag, so wenig, als daß kein öffentliches Zeichen an dem von ihm gemiethbeten Hause zu befinden, und genug ist, daß doch **Crantze** *ix. inter. spec. 3. fol. 217.* vor demselben hangen, welches schon so viel anzeiget, daß es ein Wirths- und Wein-Haus sey. Ferner *ix. inter. spec. I. ad art. probat. 10. fol. 201.* Beklagter Fremde mit Wagen und Pferden, in und ausser denen Messen nicht allein einnimmt und logiret, sondern auch bewirthet, und *ix. inter. spec. 3. fol. 215.* über das Weinschencken andere Wirthschafft treibet, *iung. inter. spec. I. ad art. prob. 10. fol. 217.* und ein Wirth, wenn er reisende Personen, und ihre bey sich habenden Sachen aufnimmet, ob er gleich ausdrücklich selbige zu verwahren nicht versprochen, noch ihm alles und iedes, so in das Wirthshaus von denen Reisenden gebracht wird, vorgezeiget und anvertrauet worden, dennoch ex sola receptione vor die eingenommenen Sachen, so er entweder selbst, oder andere angenommen, zu stehen schuldig ist. *v. l. 1. §. 3. nautae, caupon. stabul.* recepisse enim intelliguntur huiusmodi exercitores illorumque magistri, viatorum et hospitum res non tantum, si expresse, illas saluas fore, et sic in suam custodiam receperunt, sed etiam si illas saltim in nauem, cauponam vel stabulum inferri passi sunt, etiamsi iisdem expresse et specifice non fuerint adsignatae, *per text. in l. 1. §. f. naut. caup. et stabul.* LAVTERB. *differt. de naut. caup. et stabul. §. 28. Dn. de* WERNHER *P. VIII. obs. 320.* BERGER. *Oecon. iur. lib. III. tit. VI. not. 4. p. 723.* und dieses, daß der Wirth von denen eingenommenen Sachen Nachricht erlanget, oder doch erlangen können, vor genugsam geachtet wird, *de* WERNHER *d. l.*

BERGER c. *l.* LEISER *Iur. Georg. Lib. III. c. XIX. n. 49. seq. p. 590.* hierüber *ix. inter. spec. 2. ad art. prob. 11. fol. 217.* Beklagter, wie die Sachen in die Stube gebracht worden, bey Klägern gewesen, und es selbst gesehen, daß sie die Sachen, als einen Coffre und die Chatoulle hineingeschaffet, *iung. inter. spec. 2. ad d art. fol. 230. it. art. 13.* und die darauf gerichteten *Interrogatoria fol. 218. et fol 231.* hiernächst in actionem de receptis omne damnum venit, quamuis citra exercitoris culpam contigerit, *v. l. 3. §. 1. ff. naut. caup. et stabul.* und solus fatalis casus, qui *v. g.* per incursionem hostium aut latronum, incendiumque *intrinsecus* ortum, similique modo contigit, ausgenommen, *v. de* WERNHER *P. VIII. obs. 321.* und zu diesem allem noch kommet, daß nach Beklagtens eigenen Geständnisse bey der Litis-Contestation fol. 11. und 12. ad n. 8. 9. 10. et *art. prob. 17. fol. 219. et 232. it. ad art. 18. fol. 232.* Klägers *Laquay* von ihm begehret, daß er ihm ein Vorlege-Schloß vor die Stube zum Verschliessen, darleihen möchte, dergleichen Schloß dem Bedienten gegeben, und auf dessen Erinnern, daß solches Schloß doch wol gut seyn würde, erwiedert, es sey gut, hierüber Zeuge *ad art. probat. 19. fol. 232.* Beklagten ersuchet, er möchte mit vor die Stube besorgt seyn, und darbey *ix. interr. spec. 4. et art. prob. 20.* geantwortet: Seine Leute giengen immer auf und nieder; Caupo vero non tantum ad custodiam, sed etiam de culpa leuissima tenetur, *v.* KLOCK. *Vol. III. cons. 135. n. 13.* LEISER *Iure Georg. Lib. III. c. XIX. n. 59.* Diesemnach Beklagtem, daß Kläger wegen derer beym Gegenbeweise ins Gewissen gestellten Articklen *pro confesso et conuicto* geachtet worden, nicht zu statten kommen kan, denn nach der natura actionis de recepto und aus obangeführten Ursachen ein Wirth vor die eingenommenen Sachen ipso iure zu stehen schuldig; Im übrigen da Kläger ein vir bonae fidei und ein ehrlicher und unbescholtener Cavalier ist, ad juramentum suppletorium, wie viel das weggenommene Geld betragen, und wegen des Werths derer übrigen weggekommenen Sachen,

V. R.

v. B. MENCK. *Theor. et Prax. Pand. Lib. IV. tit. IX. §. 4.* *Dn. de* LEYSER *Vol. I. Spec. ad π. LXVI. med. 9.*

zuzulassen, und endlichen, da doch die Sache gewisser massen auf einen Eyd ausgesetzet, die Unkosten zu compensiren, und diesfalls vorige Sentenz zu confirmiren gewesen. So ist, wie im Urthel enthalten, von Uns billig erkannt.

Ordinarius, Senior und andere Doctores der Iuristen-Facultät in der Vniuersität Leipzig.

§. XXXV.

Huc vsque in dicta causa peruentum. Exitum, ob interpositam a reo leuterationem, expectare nobis non licuit, quem forsan alia occasione L. B. communicabimus. Priusquam vero finiamus dissertationem, illa quae profert IO. HENR. MYLIVS (in disputatione, cui titulus: *Selectae conclusiones forenses.* Lipf. 1703. *habit.*) adducere lubet, cum ex iis appareat, qualem opinionem *incl. Scabinatus Lipsiensis* in actione *de receptis* foueat; sic autem *con. L. VIII.* „*Moribus hodier-* „*nis*, scribit, *plerumque actionem aduersus cauponem ad da-* „*mnum in diuersorio vel caupona datum resarciendum*, non nisi „culpa ipsius concurrente, *dari communiter volunt, aequita-* „*tem magis secuti, quam iuris ciuilis rigorem, qui ex odio erga* „*istorum temporum caupones et praesumta non minus quam* „*sueta cum furibus collusione, ortum traxit*, vid. SCHILTER. [q] „CARPZOV. [r] *Quae sententia licet ab aliis in dubium vocetur,* „*placuit Scabinat. Lipsiens. in casu furti cum effractura commissi,* „*Mens. Octobr. 1694.* Haec MYLIVS.„ Nobis interim a legis dispositione recedere et hospiti culpae probationem iniungere

In actione de receptis ab hospite cauponis culpam probandam esse, quidam volunt.

q) *Exerc. XII. th. 24.* r) P. I. C. 26. d. 10. et 15.

iungere difficile videtur, cum, quod lege contraria mutatum non est, cur stare prohibeatur? [s] et sine lege loqui ICto erubescendum. [t] Ratio quippe, cur haec actio introducta, nec apud nos cessat, id quod tot pessimorum cauponum exempla docent, vt itaque metuendum, ne ficta aliqua aequitatis ratione ipsis succurratur, et malitiis hominum fenestra aperiatur. [tt] Callidissimum insuper est plerumque hoc genus hominum ad fallendum et simulandum aptissimum; Lucrum quouis modo intendit, et subinde ad malefaciendum assuescit, vt adeo haud adpareat, cur iudex intuitu cauponis a regulis iuris recedere, et legibus mitior esse velit. *Conf.* §. XXVI.

A quorum sententia receditur.

§. XXXVI.

Conclusio.

Non deessent, quae circa materiam praesentem, *vbi hedera suspensa opus non est*, adhuc adduci possent. Cum vero praeter spem disputatio excreuerit, filum abrumpo, finemque dictis impono. A TE autem L. B. si quod in hisce, quae publicae luci exposui, minus recte, aut parum conuenienter dictum est, id pro ea, quam cuique debeo pietate ac veneratione deprecor, non nescius, nimis superbe illum dedignari mortalitatem, qui peccasse erubescit. Sit itaque *Numini Diuino* pro concessis viribus honor et gloria.

s) *v. l. 27. C. de testam.* *de ICto sine lege loquente.*
t) *v. Nou. 18. c. 5. conf.* LVDOV. tt) *v. l. 38. ff. de R. V.*

CO-

) ※ (

COROLLARIA.

I.

De furibus apium dubitatur, an poena laquei puniri possint? Negant quidam: *quia non constaret de quantitate rei ablatae.* *a. P. IV. C. El. 36.* v. MENCKE *Theor. et Pr.* π. *tit. de furt.* §. 23. *p. m.* 1459. et CARPZOV. *Qu.* 81. *n.* 51. *seq.* Idem *ad d. C. def.* 2. Affirmatiue tamen responderunt *Scabini Vitteberg.* teste BERGERO *P. I. Suppl. ad El. Pr. Crim. Obs. XIV. p. m.* 72. vbi integrum praeiudicium exhibet. Quae sententia et nobis vera videtur. Et haec poena iam a veteribus Saxonibus obseruata fuit, vti videre est in *libro legis Saxonum, tit. IV.* §. 2. ibi: *Qui aluearium apum infra septa alterius furauerit, capite puniatur.*

II.

Si a noctambulis damnum datum sit, quidam poenam arbitrariam infligendam esse putant. Nobis verior atque aequior sententia videtur, talem delinquentem prorsus absoluendum esse. Consentit MVNDIVS à RODACH *in tract. de diffamationibus, earumque remediis, c.* 3. *n.* 76. *sq.*

III.

Scripsit NICOL. HERTIVS dissertationem, cui titulus: *Satura paroemiarum iuris Germanicarum nova,* vbi *paroem. XXXII.* statuit: *inpuberes testimonium posse dicere, et neque natura, neque lege prohiberi,* quod probare satagit per diuerbium: Kinder und Narren reden die Wahrheit. Ab HERTII autem opinione, cum WESENB. *ad* π. *tit. de testib. n.* 3. et CARPZ. P. I. C. 6. def. 55. nos recedimus.

IV.

Pater filiae elocatae congruam dotem constituere tenetur, licet tempore contracti matrimonii de dote actum nihil sit.

V.

Iure ciuili distinctio bonorum vxorum inter *bona paraphernalia* et *receptitia,* fundata non est. *v.* RITTERSH. *ad l. 23. de R. I. cap. 10. §. differentia, p. m. 135.*

VI.

Dubium aliquando mouebatur: *An vxor in causa criminali pro marito testimonium iuratum ferre possit?* Domini *Scabini Lipsienses* ad Praetor. Lips. *M. Mai. 1735.* in causa Johann Christian W. *adfirmatiue* respondebant, hoc modo: Als Dieselben uns, was wegen J. C. W. gesuchet werden, samt denen dißfalls ergangenen Acten und einer Frage übergeben, und sich des Rechten darüber zu belehren gebeten haben; Demnach sprechen W. R. P. und C. S. S. z. L. darauf vor Recht: daß Maria Elisabeth W. zu eydlicher Bestärckung ihrer fol. 60. gethanen Aussage anzuhalten.